Illustris Domine Pater Charissime, 72

Vestre delectionis litteras 24. preteriti mensis mihi scriptas accepi. Valde mihi placuit prudens delectionis vestre cōsilium pro executione negotij Catzenellebogensis obtinenda. nec non et responsum Consiliarijs Hessie datum, litteras credentie, quas vestra delectio ad Reverendissimum D. Atrebatensem petebat mittj. ego et D. de Champagny per veredarium statim Augustam iussimus perferrj. Quia ex Stephano Montano intellexj nostros qui causam communem nostram Catzenellebogensem Auguste prosequuntur egere pecunia. Curabo per Gasparum Schetum illis Auguste numerarj sexcentos florenos aureos. Vale quam foelicissime Illustris D. pater Una cum Dna Matre cuius delectionj ego et uxor mea ex animo commendamus. Brede prima septembris Anno 1551.

Tue dilectionis obsequentiss. filius

Guilielmus de Nassau

3

1551. Sept. 1.

Hessiches Hauptstaatsarchiv Wiesbaden
Abt. 170 III, 1551 mei-okt. (!)
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/1328

Praeſentatae: Montags den 7
Septembris anno 51

Illuſtriſſimo Domino Guilhelmo Comiti a
Naſſau, de Vianden. Catzenelleboge, Dietz. &c.
Domino & Patri Chariſſimo.

Hessiches Hauptstaatsarchiv Wiesbaden
Abt. 170 III, 1551 mei-okt. (!)
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/1328